

Sermo factus in solennitate

absq; vlla fictione nos amatis et amantes
honoratis. nostrū diligite et fortunū. nostra
vota cōplete et vehemēs qđ de vestra salu
te gaudium capim; frustrare nolite. **P**i
geat. tamē aliquādo imo; pudeat tor dura
aspera et horrida p. p. turis quotidie ppeti
et p. infano amore mortaliū. tam indigne
cōtumelioseq; torqueri vt indigni; peca
tis. ad nrm vero tam iocundū tam amabi
le serenū et desiderabile fortunū lentis aut
languidis vel emortuis affectib; aspirare.
Et nequa; ardua infractaq; ceruice / ad
horā breuis eratis. **E**xultate vt in ppetuū
cōregnetis vbi tamen merces vřa copiosa
est i celis. **S**i hec et hmoi insonaret mō
nostris aurib; illa felix beatorū concio. illa
supna sanctorū ecclesia (o doctissimi et sa
pientes viri) quid agerem? quid cuperem?
quo pacto eituarem? quis nostrū est qđ nō
totus exultaret? Quis hoc audiēs / nō eru
besceret putrescere iacēs i peccatis? Quis
nō potius assurgeret saliens et exultans in
den; viuū qm̄ copiosa merces est in celis.
Nihilomin; si nō in infidelitate obsur
duerim; sic dicūt / sic vocāt. sic acclamātes
alliciūt. **O**btemperem; igit; vocantib; ami
cis. et talib; amicis. vt ad celestes nuptias
inuitātes / verecūda repulsa nequa; pfun
damus. nō reijciam; oblatam vltro merce
dem. dū licet et temp; est. sed exultemus to
to conatu mētis vbi nostra merces copio
sa est in celis. quod ipse cōcedere dignetur
rex regū et domin; dominantū qui est san
ctorū suorum copiosa merces Amen.

Sequitur alius ser

mo fact; i solennitate oim sanctorū. ab eodē

Videns ihs turbas. ascendit
in montē Beth. v. c. Doctis
simi ac sapiētes viri / talis tā
taq; est diei hui; celebritas.
vt in collaudatione hui; abū
dantia magis laborem; qđ inopia. **E**tenī
viarū simul occurrētū multiplicitas / via
tozem qñq; turbat amplius. qđ pmoueat.
verūq; fit illud decepti amantis apud **Pa
sonez.** Inopem me copia fecit. **S**i enī vn;
aut alter sanctorū famabiliū; omni laude
humana superior esse ab eloquentissimis
viris sepe cōfessus est. meus sermo qualis
erit que pconia nō vnus aut paucoz sed
omniū cōplectat. Adde qđ hic vberima et
longe varia loquēdi materia suppetit. **T**ū

de ciuitate supna. de qua gloriosa dicta sūt
Tum de pmo beatorū. tam essentiali; qđ
substantiali in aīa. et substantiali in corpore
et actuali in vtrisq;. Deniq; de virtutibus
omnib;. de donis. de beatitudinib; alijsq;
ornamētis. quib; sancti tui in gloria nunc
trūphantes / et olim in vita agonisantes
pdi sunt et fuerūt. **Q**đ si oīa nūc dicerem
luero / van; erit et inexplēbilis conatus me
us. incidāq; in illud. **O**īa qui dicit. nihil
dicit. **P**ropterea vnū mōdo. quod isto
sermone dicit. illud penitus in exemplū re
linqui nūc aggrediar. illius auxiliū / i quaz
velut in montē **J**esus descendēdo p mari
am matrē ascendit. implorātes. pntem;
illi aue angelicū; **A**ue rē. **V**idens ihs
turbas rē. **O**bscero doctissimi et sapientes
viri. **O**mittam; interim corticē lřalis ma
terię et interiora myſteria penetrantes / vt
ba hec nō pposito coaprem;. vt in primis
neminē cōturbet. qđ de ihu solo / verba hec
contexta sunt. qm̄ tanta est capitis mēbro
rūq; cōnectio. vt qđ de capite xpo dicit; dica
tur et de quolibet sanctorū. qđ vidēs turbas
ascendit in montē. **S**ed quo ascensu. et ad
quē montē; **A**scensus iste non pedib; cor
poris sed pijs affectib; atq; virtutib; perf
citur. **D**e quali ascensione loquit; ad deū
propbera **B**eatus inquit homo cuius est
auxiliū a te. ascēiones in corde suo dispo
suit in val. la. in lo. qu. pos. **P**orro mons
iste ad quē ascendit / mons syon est. mons
coagulatus. mons pinguis. in quo bene
placitū est deo habitare. iuxta illud qđ ibi
dem subinfert. **E**tenī benedictionē dabit
legislator. ibunt de virtute in vir. vi. de. de.
in syon. **E**terū a turbis secedere conuenit
alia / iuxta numerū septem beatitudinū in
euangelio hodiernę celebritatis. enumera
tarum. **P**ostq; veniat anima ad deū et ad
montem sanctū eius. nunc in spe per spe
culum et enigma. tandem in re per nudam
perspicuāq; visionem. **E**t in hmoi qua
licunq; deductione. nunc ad nostrā exhor
tationem. nunc pro sanctorū collaudatio
ne. versabit sermo noster. **E**t qđ vnus
in genere sit ascensus in deū. et in montem
sanctū eius. quem ascensum **A**ug;. posuit
amorem. vsq; ad contemptū sui / sicut ecō;
tra amor sui vsq; ad cōtemptū deī / mergit
in infernū. **N**ihilomin; septuplex hic ascē
sus in specie numerat. quasi totidem gra
dus mystice **J**acob scale. vbi sunt angeli

Ascendentes et descendentes. et dñs innit⁹
scale **Beñ. xxviii.** **P**rim⁹ grad⁹ vel prim⁹
ascensus est a turba rerū istarū sensibiliū
et diuitiarum mundanarū. Quē facit pau
per spiritus. **Beati** inquit paupes spiri
tu quoniā ipsoꝝ est regnū celoꝝ. **Coꝛem**
nens itaq; anima deuota temples copias
aurum et argentum cum suis sequelis. eaf
dem/contempriu suo sibiq; subiecit. subie
ctaq; pedibus humilis affectionis calcet.
et clacatis dominatur. **S**iquidez ita figu
raliter promittit dominus per **Moyfen.**
Omnē locū quē calcavit pes vester. vester
erit. Pedem intellige affectionū. **H**inc fit
vt anima in fursū altius erigitur/velut su
per aggerē grandez pstituta et celestis mō
tis cacumen iam reddif proximior. **E**t ad
uerso viri diuitiarū eis misero modo sup
peditantiū qm turba hmōi rerū terrestriū
sicut onus graue p cupiditatis molē gra
uatur sup eis. **P**ropterea diuitie sunt tali
anime/tanq; mola asinaria ad collū suspē
sa q̄ montē ascēdere retorquet in pfundū.
quēadmodū de saxo sifiphi poetica est fi
ctio. **H**inc aplice vox clamat qui: volūt di
uites fieri. incidūt in laqueū diaboli/et ten
tationes. et desideria multa nociua et inuti
lia. que mergūt hominē in interitum. i. ad
Tim. vi. **H**ūc ergo in montē ptemplatio
nis celestis scādere satage. tutius est crede
mibi. vt pauptrate spūs arripias. leuē expe
ditam et liberā. **P**er hanc enī ascēdit chri
stus in montē **et c.** **S**ecōda turba est homi
nū. qui pleriq; cōtumelijs. molestationi
bus. et iniurijs et alijs mille modis. impe
diunt ascēsum in montē. q̄ sobrem vt ani
ma sancta ipos transfiliat necesse est. **H**ūc
vero saltū et ascensum operat scōda beatitu
do micitatis seu māfuetudinis. **V**ititas
quippe erigit hoīes sup hoīes. vt nihil eis
turbationis inferre valeāt. nihil lesionis.
quin potius ab his ppressionib; p iniuri
as. pbra. molestias. fursuz magis impellū
tur. et sicut arca noe. crescētib; vndis tribu
lationū. sublimius atcollit et tandē fortius
ascendit in montē. **T**ertia turba. est tur
ba passionū et originali fomite in hoc mo
ribūdo corpe scatentiū. quēadmodū spes
merus. meror. gaudiū et silia. **O** turba tur
bulentissimā. turbā nostra omnia/miserif
modis p̄turbantē. turbā deuicq; cū omni
bus. tum p̄cipue adolescentib; infestam et
reda eos colluione sordidantē. **H**ūc tur

bam egredi nō aliter facile est q̄ p tertiam
beatitudinē. qua dictū est **Beati** q̄ lugent
qm̄ ipi p̄solabunt. **T**ur ita lugere necesse
est: qz certe nisi p̄ fletū exoneret. lauetur et
purget sensualitas a malis cupiditatib; in
tronascētib;. ex putrida coruptōe. nisi in
super diluuiō aquaz. raliū summergeat tur
ba egyptiaca vitioꝝ. p̄festi; sensualis pha
rao cū currib; et equitib; suis. aiaz israeliti
cam fursuz nitentē/ p̄prehēdit. p̄prehēfaz
circūligat funib; peccatoꝝ. circūligatā qz
trahit. et p̄turbat in dānationis abyssum.
Tūc veraciter exclamare pōt miserabilis
aia talis. **Q**uoniā iniquitates mee supgres
se sunt caput mesi. **E**t rursus. **I**ntrauerūt
aque **et c.** **T**āto ergo discrimini. quale p̄pi
nabit remediū: vtiq; luct⁹ et lachryme. **A**d
quid ita: vt reductis aq; maris. aquis scz
amare penitentie sup egyptios sensualita
tis/ascēdat aia p̄ desertū hui⁹ infelicitatis.
in terrā p̄missionis et in montē dei **Jacob**
Sed aie tali/ vnde luct⁹ et lachryme: **U**n
diq; et abūde. **R**ecogitet aia talis vebemē
ter pfunde atq; frequēter/statū suū. p̄ditio
nem suā. suūq; qz finē. **J**udicet q̄sterribilis
dens in cōsilij; sup filios hoīm. penset q̄
incerta sint sup ipaz diuine seueritatis seu
miscōdie iudicia. **C**lamet. p̄inde cū **Ansel**
mo. **D**eu vbi suz et vbi nō suz que vbi futu
ra suz nescio. **P**onat assidue corā oculis i
lumine fidei quāta eā si recte vixerit mer
ces manet i celis. **S**inautē/ q̄ horredo ad
dicēda est supplicio. **T**ūc lugebit. et lugēs
ab oib; voluptatū illecebrāz/ turbis irri
dentib; semet absoluet. et ascēdet in montē
Et quidē triplices isti priores grad⁹ vl
ascēsus scale nre euāgelice q̄b; ascendit in
montē/ respiciūt incipiētes. et in ipō **A**bra
am figurati sunt de q̄ habet **Beñ. vii.** **E**gre
dere de terra tua. ecce ascēsus vel egressuz a
turba opū terrenaz. q̄ ad primā beatitudi
nē. **E**t de cognatōe tua. ecce ascēsus ex tur
ba hoīm. q̄ cognati sūt et affines. q̄ ad secū
dā beatitudinē. **E**t de domo p̄ris tui. ecce
ascēsus sup sensus p̄rios corpales et suarū
turbā passionū. **Q**uid enī p̄gruēt⁹ signifi
cat h dom⁹ p̄ris/ q̄ p̄tuberniū p̄riū corpis
Et h q̄ ad tertiā beatitudinē. **S**ubse
quēs grad⁹ et ille ē quart⁹. decet ipos p̄fici
tes. vbi aia seipaz quodāmodo exiit. dū p̄rias
affectōes. p̄modi. tanq; turbas aliq; inti
mas deserit. h p̄ q̄rtā beatitudinē. q̄ ē efuri
es sitisq; iusticie. p̄ hāc autē affectu p̄modi

Sermo factus in solennitate

deposito. nō iam querit q̄ sua sunt sed affectione iusticie tota succēdit. et ipsius esurie sitisq̄ contrahit in sublimi^o montis. Duo pacto sic ipsa anima eleuata triplici gradu priori/superat turbas predictas. Sed ad huc q̄longe sit ab illa iusticia beatorū recogitat q̄s impar existit tali dignitate tāteq̄ retributionū gratiarū et laudū. qualē et q̄ntum meret apud se creator suus. reparator suus. p̄ceptor suus et saluator suus. Deniq̄ agnoscens imperfectū suū. iam nō in se manet sed deficit a se. et in salutare dei conscendit cum p̄pheta dicens. Deficit caro mea et cor meū. deus cordis mei et pars mea de^o eternū. Ita anima deficiendo a se et subleuata supra se. liberi^o in montem ascendit.

C Mirabilē fortassis aliquis. si iam ultra quippiā anima habet qd̄ deserat et ascendat sublimi^o in montē. Ecce transiit turbam rex. materialū extra se p̄ primā beatitudinē. Exiit turbā hominū iuxta se per scōz. Abducit se a turba passionum infra corpus p̄p̄riū. per tertiā. Deseruit tandē intra se innataz affectionū. per quartā. Turbe aliē/uales relique sunt. ampli^o sunt nimirū turbe ciuū sup̄noz sub triplici hierarchia coordinatoz. turbe pulcerrime et a prioribz longe dissimiles trāscūde. Ipsi enī sunt custodes ciuitatis. quos aīa deuota querens sponsū/paululū cū p̄transisset inuenit quem diligebat. Itaq̄ nisi relicta hac triplici turba. nō puenit ad supremū cacumen montis nostri. in quo de^o est inmixtus scale mystice. que dicta est. et vbi aīa tute requiescit in monte sancto dñi. Hi triplices ascēsus sunt p̄fectoz atq̄ purgatissimoz. quales fuerūt sancti n̄i dñi uiuerent et multo felici^o tales nūc sunt in gloria vbi fm̄ dictū Greg. ipsi in deū nō solū ascēdūt. sed in eo currūt.

Sunt plane in trinitate (quātūz dicere fas ē) tres p̄fectarū aīarū ascēsus. cōformiter ad tria appropriata p̄sonis iuxta tres nouissimas beatitudines quibz ascendit in montē supremū. Prim^o ascēsus est misericordissimū amoris ī spiritū sancto. qualiter exultauit id est extra se saltauit et ascēdit x̄ps in spiritū sancto. **L**uce. x. p̄pterea beati misericordes qz misericordiā que spiritū sancto p̄pria est conferuntur. Et hic p̄transit turba seraphin.

Scōm ascēsum intelligo. purissime et mūdissimis cognitionis in filio. in quē credētes (inquit petrus) exultabitis leticia in enar

rabili **I**dcirco beati mūdo corde. qm̄ ipsi deū videbūt. et hic p̄transit turba cherubin.

In tertio ascēsu est pacatissima et impietabilis quies in ip̄o patris secretissimo altissimoq̄ refugio. **N**ā beati pacifici. qm̄ filij dei vocabunt. **S**i autē filij et beredes. heredes quidē dei. et in eius adiutorio habitantes. p̄pter qd̄ in pace sit loc^o eoz. et exclamat aīa quelibet talis cum p̄pheta. in pace in id ip̄m dormiā et requiescā. et hic ascēdit supra tertiā turbā que est thronoz.

Sic igit declaratū est. et sup̄ficiali quodā transcurso deductū est (doctissimi et sapiētes viri) quibz gradibz. quo ve ascēsu iuxta septēplici^o beatitudinē/quelibet sanctorū exemplō x̄pi. vidēs turbas/ascēdit in montem qd̄ fuit thema.

Sup̄sunt plurima q̄ etiam ip̄e dictauerā. p̄sertim de ascēsu in montem p̄emplatōis. sed breuitatis amor retrahit. cogitēz vt p̄suasione oratoria. et exhortatoria/ad ascēsum sup̄ne felicitatis finiat qd̄ ceptū est.

Oro. **V**enite obsecro sapiētes et doctissimi viri. venite iuuenes et puuli. senes cū iunioribz. venite exultemus dñō. venite ascēdam^o in montē. vt exemplo loth. saluos nos ibidē faciamus. fugiam^o citius a loco horrois et vaste solitudinis ad locū vberimū. a carcere fetulēto ad regnū splēdidissimū. ab exilio durissimo et luctu osissimo. ad p̄riaz suauissimā a p̄celloso mari ad portū tranquillū. Ab oibz deniq̄ miseriāz et rnarūq̄ circūstrepentibz turbis/ad beatitudinis mōrē. vbi stat^o est/om̄ bonoz aggregatōe p̄fectus. p̄cesserūt sancti p̄cessit et x̄ps. q̄ nos subsecuturos p̄stolat.

Tollam^o quicqd̄ ascēsus/obstat. recedam^o p̄cipue a circūstis terrenarū curaz et anxietatū turbis. Ille nos p̄sumit et p̄slos atterit. p̄slosq̄ et attritos funditus via p̄sternit.

Si sp̄didissimas opes si voluptates iocūdissimas si gliosos bonoz titulos. si p̄clarā deniq̄ sapiam/felicitatem stabiliterq̄ adipisci satagim^o. ascēdendū est ī montē. **F**allit p̄ certo desipit et insanit/q̄sqs inter infirmas rerū caducaz turbas/ista se habiturū sperauit. vbi q̄cqd̄ ē/egenū ē. anxiū ē. mobile. fluidū. et nulla stabilitate subnixū.

An p̄ q̄t q̄ridiana. tot exp̄mēta sic se h̄re iudicat. ita vt iudicatis nō dubito.

Qual^o ergo miseria q̄rudā mihi similiū. q̄nta infelicitas et q̄nta dementia/alioz suz sciēter agi. et ī egestate diuitias/in mesticia voluptates/ in dedecore gloriā/ ī

stulticia sapientiā/in fluxibilitate deuam sperare stabilitatē. **U**t quid fabricam? nobis montes nescio q̄s ymbratiles atq̄ fantasticos vicioꝝ. nūc in elatione. nūc in crudelitate. nūc in enormi fluxu voluptatē atq̄ z similib. Nōne mōtes h̄mōi. sūt mōtes gelboe maledicti supra quos neq̄ ros diuine gr̄e. neq̄ pluuia virtuosē cōsolationis descendit. **A**ut si verius loquimur. hi mōtes nō mōtes sunt. sed valles terribilē precipites z lubricē. quibz innitētes dilabūtur in abyssus. absoꝛbēturq̄ z erget super eos puteos os suū. **E**xurgam? tandē libertate tota spūs. ascēdamus in montē societatis beatoꝝ. disponam? ascēsiōnes in corde nostro p̄ gradus beatitudinū p̄missarum. de paup̄tate spūs in mititatē. d̄ hac in luctū. de luctu in esuriē sitimq̄ iusticie. de hac in misericordiā. de ip̄a in mundiciā cordis. z tandē intrem? pacē que recuperat omnē sensus. z in qua si p̄pleamur. cōsistit humana felicitas s̄m deductionē. **A**ug. nō d̄ ci. dei. **Q**uere felices sancti. sancte q̄s omnes. quoz̄ celebritas agit. felices inquam qui securi iam z vndiq̄ pacifici habitant in tabernaculo dñi. z requiescūt in monte sancto eius. nō iam formidāt laq̄of temptatiōnū vbilibet exp̄sōs. nō seuas iruentiū hostium insidias. nullis mordentē p̄scientiaz aculeis. nulla v̄runt infamia. nō tristes metuūt senectutē. omnia deniq̄ inpter eos serena pacataq̄ p̄sistunt. **A**t o tandē qui tales estis eterna pace fruētes nos pijs nūc oculis miseris quesim? cernite terras. **E**t si nihil parimini/ cōpati tū fas est. **C**ōparimini nobis erulibz gementibus z flentibus in hac lacrimarum valle. **C**ōprimūt ecce nos vndiq̄ hostiles malignantiū turbe. cōculcāt. lacerāt. obruunt et in carcerē detrudunt. **J**am omne caput languidū. z omne cor merens. a planta pedis vsq̄ ad verticē capitis. nō est in ecclia hac sanitas. **I**n illa heu dixerim ecclia cuius fundamēta sunt in vobis montibz sanctis. q̄m vestro sanguīe. vestraq̄ morte cōsecratis. dilatastis. roborastis. eam quam nunc heu immunitā cernitis misericordia et merito q̄m sede laceratā crudeliter decisam similiter cōculcatā aspiciatis. vt humani spes auxiliū iam nulla sit. p̄pterea leuamus oculos n̄os in vos montes vnde veniat auxiliū nobis. **N**am cū ignoram? q̄d agere debeam? hoc solū habem? residui vt

oculos n̄os ad deū dirigamus. potuistis olim moribūdo corpe circūdati/ mirabilia mirabiliter opari. tanq̄s habētes imperiū vite z mortis. tanq̄s insup potētes in eo. q̄ vos cōfortabat x̄ps. nunq̄d abbreviata est potestas vs̄a nunq̄d charitas tepēfacta z Absit h̄. — — — poti? **S**uccurrite q̄ miseremī. ferte subsidii. **S**uscipite vos montes pacē populo. qz aliū qui suscipiāt et eam p̄beant/ nō sunt. **A**t tu dñs rex celoꝝ corona sanctorū omniū. emitte lucē tuam z veritatē tuā. vt nos deducāt z adducant in montē sanctū tuū. z in tabernaculo tua. in p̄senti p̄ fidem spem z gratiā. z in futuro per gloriā. Amen.

Sequitur sermo factus in die natiuitatis domini p̄ eūdem.

Verbū caro factū est z habitauit in nobis Joh. i. **P**ostulem? fratres in x̄po. vt verbuz q̄d hodie caro factū est/ illud in me p̄pheticum adimpleat. dñs dabit verbū euāgelisantiū vt te multa. q̄m insipidū inane z inualidum erit verbū mei oris. si nō accipiat virtutes multam a verbo dei patris. **P**oterit aures carnis/ strepit? n̄i s̄monis p̄cutere. sed in auribz mētis nec fortiter sonabit. nec i eas alte fixeq̄ descēdet. si nō a verbo hoc/ suaz sonoritatē assumat z virtutē. **E**t hoc ipsuz vt impetrem? te nescio an glorificādā magis aut stupēdā verbi hui? matrē inuocabim? saluantes z verbis angelicis saluabim? inuocātes z dicentes **A**ue maria zc.

Verbū zc. **Q**uā triplicē verbi dñi natiuitatē euāgelica hec cōtinet p̄tula/ ad sui p̄memorationē meū inflexit animū. q̄tin? verbū creatū sententiōsuz assumerē/ q̄ de verbo increato q̄d sententiōsissimū est/ fueram locutus? **C**uides itaq̄ in p̄assumpto verbo q̄ nascit? dei fili? ex paterno intellectu et naturaliter ideo verbū appellat. **A**spicis q̄ ab utero materno nascit? sp̄aliter. p̄pterea dicit? caro factū est. **I**ntueris postremo q̄ in corde humano nascit? sp̄ualit. q̄sobrē subiūgitur. z habitauit i nobis. **V**erbū. q̄d altius/ q̄d immēsius/ q̄d diuini? **N**az de? erat verbū Joh. i. **C**aro factū est. q̄d humilius q̄d impotētū. q̄d fragilit. qz ois caro fenū **A**cci. xiiij. **H**abitauit i nobis. q̄d amabilius q̄d iocūdi? q̄d apperētū. neq̄ enī ē nec fuit alia natio tā gr̄adis. que habeat deos appropinquātes sibi sicut adest nobis de? noster **D**eut. iij. **V**erbū inq̄t caro factum

Sermo factus in solennitate

est. Verbum hoc immense est virtutis. nam omnia per ipsum facta sunt. et si que per eum facta non sunt. eo ipso nulla prius sunt. quam sine ipso factum est nihil. Quo pacto igitur/entitas concipere significatibus tribuit. quorum aliqui nullum habuerunt aut habere potuerunt factio nis in initium. eo ipso quasi insanies dicere au det manicheus a deo tenebrarum facta esse multa que de ipse non condidit. cum audiat quod per dei verbum omnia facta sunt. et in psal. Verbo domini celi firmati sunt. et ad Heb. iij. portans omnia verbo virtutis sue. Verbum hoc ipsum eternum est duratioe. quia verbum quod erat in principio erat apud deum. Qui corpus est propheta In eternum domine permanet verbum tuum. Verbum ergo istud non est quod per auras efflando diffunditur. non quod in tabulis aut pellibus inscribitur. non denique quod aie irrationali per inbesionem innititur. Sed verbum est eternaliter a patre emanans. per quod pater dicit omnia. in quo tamquam in verbo sententiosissimo et arte perfectissima/omnium factorum/omniumque producibilium/ imago relucet. Verbum ideo solum/ quia sententiosissimum est et omnium expressivum. cui nec imaginarie quidem addi potest aliud verbum absque negatione et superflua repetitione. Ad circo verbum hoc/ nullum aliud in diuinis producit verbum. ne in trinitate cadat nugatio. quippe est ipsum obiectum sufficiens adequas et terminans omnem producibilitatem verbi in diuinis. non tamen minus ob hoc potens quam per quod signat. quia eadem prius ipsum est potentia cum patre qui signat. Mira profecto et in explicabilis natiuitas. quam venerari potest et pia fide credi conuenit/ quam curiosa verbi nostri penuria referari. presertim cum amplior et exquisitior de ea sermo aliud tempus expostulet. alium locum aliam linguam. aliud ingenium. Verbum ab hac ineffabili ac eterna generatioe/ ad tempora lem qua dices hodiernum preceles effectus est pergit oratio. et quid euangelista subiungat audiamus Verbum inquit caro factum est. Et ecce quod ait apostolus ad Ro. ix. Verbum abbreviatum fecit super terram. An non bene abbreviatum/ quia eternum temporale. omnipotens passibile. immensum mensurabile effectum est. non tamen abbreviatum per diuinitatis diminutionem. sed per susceptionem humanitatis et idiomatum conuersionem. Verbum inquam caro factum est. Hoc nullus philosophorum intelligere nullus concipere valuit. hoc docet plato nesciuit. hoc demosthenes eloquens ignorauit. Fateatur Augustinus. se in platonice legisse libris Iohannis. hoc euanges

lium In principio erat verbum etc. usque hanc ipsam particulam. et verbum caro factum est. Sed dum hic venit/ calamitas stetit et in folio tanti tamque secreti mysterii istius/ ultra progredi ausus non est. Verbum inquit caro factum est. Dic absque villo dubitatiois scrupulo euangelista iohannis. insinuat christum esse deum. nec quicquam apertum dici potest. deus inquit erat verbum. et verbum caro factum est. Si quis nondum illustratus est et quomodo deus caro factus sit. non videt. non concipit. non iudicat. non intelligit. consulit scientias omnes humanitatis adinuertas et de mysterio huius natiuitatis quod verbum caro factum est in terrogat. sed aut nullam aut dubiam aut erroneam presentant responsionem. Non video inquit grammatice qua ratione aut nomine impositione eternum/ habere incipiat durationis in initium. immensus mensura. impassibilis passionem. omnipotens et immortalis impotentie mortalitatisque defectum. Si enim eternus est non habet in initium. si autem in initio careat/ eternum appellari meis et regulis prohibet. In terrogata super hoc logica/ quomodo inquit hic terminum habet. qui spiritus specialissima est de pluribus specie et plus quam specie differentibus verificari continget. vtputa de sorte et deo. Hoc predicabilia mea/ hoc predicamenta non habent. Porro qualis sit predicatio deus est habet/ nisi aut per se sit aut per accidens/ non intueor eam. Si per se dixeris. ergo vel necessaria vel simpliciter impossibile/ sciteri necesse est. ipsa vero non esse necessaria constat. impossibilis ergo dicenda. Et si predicatioe hanc per accens asserere malueris/ monstrat quo pacto id fiet. cum neutrum extremorum in acciditum predicamento reponatur. Rhetorice persuasionibus suis astruit quod si mulier pepit/ corrupta est. si genuit/ a viro cognita est. Ceterum arithmetica/ vltra suam esse fateatur perspicacitate/ quod in deo partium compute numerum. quod due in eodem supposito nature integre numerentur. Scius per geometria/ quantitate maiorem corporis christi/ per alteram vteri virginalis clausi quantitate/ absque diuisione progredi. quam penetratiois possibilitate non percipit. Musica nullos prius in terris angelicos cantus audierat. Aulas hinc loco suarum personarum et calculationum/ nulas constellationum vires/ astronomia prepediit. Quid de naturali philosophia eloquar. et expi menta nunc ad hunc pertigerat vt absque viri semine puer formaretur. Quid postremo de metaphisica quod deum nec partibile existere posse/ nec compositum nec genitum/ argumentis

putat necessarijs conclusisse. **S**ed fateamur magis et fratres in xpo charissimi / hoc esse p̄ter naturalē inuestigatōis modū qd̄ agit. Neq̄ enī potentiā aut sapiētiā adeo coartem⁹ / vt infra angustos n̄re p̄scrutatōnis limites positaz arbitremur. Viraris hanc natiuitatē fieri potuisse. natiuitatis hui⁹ effectricē potentiā cōsidera. euolabit āmiratio. Viraris tantā dei erga homīes beniuolentiā. attēde qz si paruus amoris ignicul⁹ / in totz tā ardua nos rapiat. quid de immēsi diuini amoris fornace existimā dū putas. Ingēs quippe amor magnū dilectionis op⁹ agitat. quale fuit illud p̄ qd̄ verbū caro factuz est. nō inqm̄ q̄ altera humane nature ps̄ dicit. vt impi⁹ sensit a pollinaris. sed caro put totā integrāqz cōplectit humanitatē. Caro inqm̄ factū. nō p̄uersiōe diuinitatis in carnē s; assumptōne carnis ad suppositū. et vnione qdā infabibili et insolita q̄ materiali tū primior est nō q̄ natura hūana ex diuino supposito fiat materialit. aut in eo sit subiectiue. sed qz ab eo et in eo est suppositiue. **A**uero nō iam q̄ram⁹ quō aut a q̄ sed p̄pter qd̄ / verbū caro factū est. p̄fecto vt recōciliaretur caro. **P**lane inq̄t Bern. de⁹ iā nos despiciere nō poterit. frater enīz caro n̄ra est. natural⁹ q̄p̄pe vsus habet / vt caro silem sibi carnē diligat. **I**uxta illud Ecclī. **D**is caro ad silez sibi diuiget. **H**ec est illa diuictio. illa pax. illa p̄cordia. illa societas. que p̄ palē pacem figurata est in vniuerso orbe tūc habitantē. qm̄ insup̄ p̄phetauerat psal. dicens. **D**ieſ in diebz ei⁹ iusticia et abūdātia pacis. **I**nde est iocūdissimū illud et omni armonicarū modulationū suauitate prestāt⁹ angelicū carnē. gloria in altissimis deo et in tra pax boībz bone voluntatis. **E**t heu q̄ nō bone voluntatis esse p̄uincimur / q̄ scismatibz vndiqz et vndiqz dissentōibz agitamur. **V**erū inqm̄ caro factū est cur ita. q̄tin⁹ videlicet ad ip̄m / oīs caro veiat vt videat oīs caro / salutare dei. vt dicat qlibet glābūdavo ce cū p̄phā. **C**or meū et caro mea exultauerūt in deum viuū. **C**orruerat itaqz oīs caro viam suā. **B**en. vi. p̄pterea p̄ carnē in corruptā sanare decreuit. **N**ec alia veniēdi causa fuit s̄m attestatōes sanctorū q̄s omitto. q̄ peccatores saluos facere. **N**eq̄ enī cā incarnatōis fuit p̄fectio vniuerū. nō creaturaz in deū reductio. nō manu ductio ad capescēdū trinitatis mysteriū. n̄ alie h̄mōi

cause / a quibusdā curiose forsan magis q̄ pie aut fideliter assignate. s; vnica incarnationis aut p̄cipua rō fuit carnis n̄re purgatio. **G**lorificanda p̄sus dei caro q̄ originalē ab omni carne sufficiēter diluit corruptōez. **V**irus hic amor. pietas erisimia. **E**rubescat iā hoīs caro peccatorū sordibz inq̄nari. p̄ qua verbū caro factū ē. q̄n etiā benedicat oīs caro nomini sancto ei⁹. **E**t quō benedicat. **V**triqz pie sancteqz viuendo et spurcissima carnaliū libidinū inquinamēta declinādo. **N**ō qui egerit / secum mente illā decantabit p̄phete vocē. caro mea req̄escit in spe. **F**elix spes. sed req̄es lōge felicior. quā nec in futuro nec in p̄nti q̄dem adipiscit⁹ caro que in brutalē carnem degenerat p̄ qua (adeo enī eam charam habuit) verbū caro factū est. **P**enes me est q̄ multo plurima de hoc sc̄de natiuitatis mysterio dici possunt. imo discussione vltro sese offerūt et ingerūt. quibz p̄tergressis (nec enī aut potestas aut voluntas est oīa p̄sequi) ad tertiā xpi in cordibz n̄ris sp̄uales natiuitatē me trāfferō. **E**t quē admodū prima natiuitas est a nobis colenda et desideranda. qz ex eius visione beati erim⁹ cū angelis. **E**t sc̄da est nobis celebrāda qz p̄ illā visitati sum⁹ in terris. **S**ic tertia est a nobis eligenda et p̄curāda. qz ex illius fecūditate / amici erimus et affines diuinitatis. **N**eq̄ enī aliud est dei filiū sp̄ualiter gigni vel nasci in cordibz n̄ris. q̄ enī tanq̄ sp̄ualē amīcum adiutorē p̄tectorēqz et viuificatorē / in anima n̄ra noniter suscipere et inhabitatorē possidere. **E**t ne absōnū tibi forte videatur q̄ deū n̄ris in cordibz gigni dico / quasi illius matres existamus / audi ip̄m qui **M**ath. xij. ait. **Q**uicūqz fecerit voluntatē patris mei q̄ in celis est / ip̄e meus frater et soror et mater est. **T**ortens nāqz aīa velut mater in se deū pturit. quotiēs p̄ mādatorum suoz obseruatōez / ad gr̄az eius redit. **O**p̄tāda p̄fecto et totis desiderioz nisibus affectāda talis natiuitatis. **S**iquidē et a carnali et sc̄da natiuitate / sp̄ualē h̄ac se creueris. sp̄ualis eligibilior etiā marie fuit q̄ carnalis. **V**erū qd̄ faciem⁹ cū nat⁹ nobis fuerit et habitauerit in nobis. **N**on expellem⁹ quidē sed sedulū eidē exhibebim⁹ officiū. q̄si ad nos putem⁹ p̄rem de puero hoc dicere qd̄ de puero moyse filia pharaonis dixisse legit **E**xo. ij. **A**ccipe puerū istū et nutri mibi. **E**go dabo tibi mercedē tuā.

z

Sermo factus dominicā

et quā mercedē: sane vitā eternā. **I**taq̄
paul⁹ iste vt alioꝝ vsus req̄rit/septē tracte
tur obsequijs. Ad hoꝝ vero q̄libet septē
obsequoꝝ debita p̄gruitate p̄stādū. tondez
assumēde sunt nutrices et virginitate et di
ligētia et sagacitate p̄cellētes. **P**rimo inuol
uend⁹ ē. sc̄do reclinād⁹. tertio custodiēdus
quarto leuād⁹. q̄nto balneād⁹. sexto pasce
dus. et deinde alio portād⁹ vel baiulādus.
Puritas. charitas. tanq̄llitas. deuotio. pie
tas. misericōdia. obedientia. **I**nuoluit pri
mo puerū ih̄m p̄n̄is mūdīs. et feruido la
crimarū liciniū lotis. ip̄a puritas. q̄ ex p̄tri
tione p̄fessioneq̄ gignit iusticiā. Quippe
notū est puerū hūc sordidus in p̄n̄is q̄ce
re nō posse iuxta illud **I**n maliuolā aiām
et. Quāobzē dicit cū psal. Lauabo p̄ sin
gulas noctes lectū meū et. **D**e vero lacri
me dū p̄ cineres peccatoꝝ et p̄ austerz ama
re recordatōis saccū colate sunt: efficacissī
mū ad mūdificatōez mētīs liciniū efficiūt
Debinc ad puerū in cunabulis reclinādū
dū offert se nutrix sc̄da q̄ charitatis nomē
habet ad quā spectat illa primo canticōꝝ
vox Fascicul⁹ mirthe dilect⁹ meus mihi in
ter vbera mea p̄morabit. **R**eclinatū por
ro ad custodiā pueri necessaria ē nutrix ter
tia que trāquillitatis vocabulo dicit a ma
lorū negociōꝝ fragore et a lituz strepitibz
hūc sedule puerū custodit. et dū alijs vebe
mentioꝝ terrenarū curaz clamor insonue
rit illud abner. i. Regū. xvi. fortiter exclā
mat quis es tu q̄ clamas et inq̄teras regem.
Suos insup seruos q̄s sensuū noie ap
pellamus/iterū et iterū monere nō cessat vt
ab omni nociuoꝝ incurſu pueri hui⁹ lectu
lum custodiant. negligētibz aut minātū in
crepatōe atrociter impropat dicēs illō qd̄
ibidē in dauid p̄sona subdit. **V**iuir dñs fi
lij mortis estis vos q̄ non custoditis dñm
v̄m regē x̄pm dñi. **S**ubinde post dor
mitionē leuādus est puer. **D**oc obsequiū
p̄stabit quarta nutrix sancta meditatio. q̄
totiēs puerū hūc excitat/quotiēs horolo
gium amoris suo pondere ceciderit atq̄
pulsauerit dicitq̄ exurge q̄re dormis dñe
exurge et ne repellas in sinū. **I**pm vero exci
tatam euoluit/et p̄n̄os explicat quibz ille
induit qui est amict⁹ lumine sicut vestimē
to. **P**ān̄i aut̄ isti quid aliud sunt/ q̄s sue di
uinitatis suorūq̄ secretōꝝ arcana myste
ria. que euoluūt dū pia fide p̄siderant in
star psal. diceñ. **R**eucla oculos et. **P**ost

modū pueri hui⁹ balneuz p̄parat q̄nta nut
rix sc̄z pietas/hec intus sanctā meditatō
nē q̄ puerū excitauit/ q̄ excitatū explicauit
q̄ explicatū suauiter allocuta. currit p̄pe ad
fontē p̄punctōis i imo p̄ij cordis sitū. **A**ia
inq̄t mea liq̄facta ē vt dilect⁹ me⁹ locut⁹ est
mibi. **E**t iterū factū ē cor meū tāq̄ cera li
quescēs in medio ventris mei. **D**ac exaq̄/
suauissimū efficiat puerō ih̄u balneū. q̄ nō
p̄ cineres peccatoꝝ vt in p̄tritōe trāsīt. sed
de ip̄o p̄punctōis fonte pura nitēs impm̄
ptas haurit. **A**mpli⁹ sexto necesse ē vt pu
er taliter lot⁹/pascat. **O**pus h̄ a misericōdia q̄
viscerosissima nutrix ē adimplet. dū mem
bra ei⁹ reficit/p̄sertim pane sp̄ualis doctrine
qd̄ est verbū dei. eūdē insup dulciū sermo
nū lacte ab vberibz māfuetudis eliq̄to pos
tat. cui puer arridēs **E**suriui inq̄t et dedisti
mibi māducare. et rursum. fau⁹ distillās la
bia tua mel et lac sub lingua tua. **P**ostre
mo puer n̄r ih̄s baiulād⁹ siue gestād⁹ est iux
ta illud apli. glorificat et portat deus in
corde v̄ro. **D**oc ip̄m p̄stabit obsequz septi
ma nutrix videlicet obedientia imitaturq̄
Roemi exēplū de q̄ **R**uth. iij. scriptū ē. q̄
susceptū puerū posuit in sinu suo. et nutri
cis ac gerule fungebat officio. **E**t bñ dicit
posuit in sinu suo. neq̄ enī retro aut p̄ cor
ih̄s q̄si sarcina gūis ih̄s suis i p̄ceptis ferē
d⁹ ē. s̄z i āteriori sinu/et ad cor int̄ bone opa
tionis brachia amoroſe stringēd⁹ ē. **I**nde
est illa ip̄s postulatio i canticis canticōꝝ. vi.
pone me vt signaculū sup cor tuū. et sic sig
culū sup brachiū dextez. **A**tq̄ sumopeſū
maq̄ sollicitudie et studio/nutrix h̄ obediē
tia/p̄cauere debz. ne i via mādatoꝝ dei of
fendat ad lapidē iobediētie pedē suū. alio
q̄n puerō casus imineret. et i nob̄ali crimi
nis allisioe/sp̄ualit̄ moreret. **A**udistis mā
gistriz fr̄s i x̄po charissimi ql̄it puez ih̄m
in nob̄ p̄ dei gr̄az sp̄ualit̄ hodie natū et iba
bitatē/iuoluere d̄z puritas. iuolutū reclia
re caritas. reclianz custodire trāq̄llitas. de
hinc meditatio ip̄m excitat. pietas lauat.
misericōdia cibet obediētia gestat. q̄b̄ istz quē
admodū p̄missuz ē solert diligēterq̄ exhibi
bit. p̄ficiat i habitaclo cordis n̄ri puer ih̄s/
tā etate q̄s sapiētia/corā deo et hoibz. donec
crescat ad mēsurā verbi p̄fecti. **U**bi tūc ha
bitabit in nobis nō p̄ fidē tantūmō et gr̄as
tiā. vt p̄z in p̄nti vita. s̄z p̄ gl̄iaz p̄sumaraz.
quā nobis p̄stare dignet verbū hodie caro
factū. dñs noster ih̄s x̄ps Amen.